



I. N. J.
DE
ORIGINE
GENTIS AC REGNI
HUNGARICI,

MODERANTE
IO. SCHMIDELIO, LIPS. PH. M.

DISSERTATIO PHILOLOGICA
JOANNIS AMBROSII, GUN-
SINO-HUNGARI.

ad d. Novembr. A. O. R.
∞ *Idc LIX.*

7 EN A,
Literis KREBSIANIS.

Ex Museo
Hungarico





I. N. J.

DE

ORIGINE
GENTIS AC REGNI
HUNGARICI
DISSERTATIO.

Proœmium.



U dignitatem gentis suæ elogiis
quæfiverunt, illis fundatorum fama ac
nobilitas præclarum semper commenda-
tionis argumentum fuit. Prorsus, ut non-
nulli quidvis commentari potiùs, quàm
patrii generis obscuritatem æquo ferre a-
nimo, maluerint. Cujus inanis jactantiæ nescio, an & Ro-
manos *Tacitus* insimulet, ubi *lib. XII. c. LVIII.* Neronia-
næ facundiæ intemperiem notat. Certè immoderatio-
res fuerunt in asserenda sua cum Iliensibus cognatione,
quàm ut, si non imposturæ, incontinentiæ saltem suspi-
cionem effugere potuerint. Quorsum enim illa toties
tantùm non juratis verbis repetita (α asseveratio? Quor-
sum in Trojanas reliquias effusa illa munerum (β im-
munitatumq; prodigalitas? Sed heic quidem vel Roma-
norum laudibus detrectare, vel exprobrare jactantiam,
nec locus mihi est, nec animus. Nunc verò, ubi in pa-
triam pietas, & observantia erga Patronos, Hungarorum
primordia perlustrare non tam suadet, quàm imperat;
vereri subit, ut ab hoc loco expectanda mihi sit dicendi
materies. Quos enim gentis nostræ auctores habuimus?
 γ) aspectu horridos, ingenio feroces, moribus incondi-
tos, ad exitium denique humani generis, urbiumq; stra-

Vell. Pat. c. I. II.

c. 41.

(\beta) Liv. l. XXXVII.

c. 37. l. 17. s. 1.

ff. de Excus. Tur.

(\gamma) Zosim. lib. IV.

Hist. & Jornand.

c. XXIV. de Reb.
Ger.
d) Justin. lib. II.
cap. 1.

e) Colloq. P.

ζ) lib. I. Strom.
η) in Cratyl.

θ) Sid. J. Lips.
not. G. ad Tac.
Germ.

gem natos fuisse, uno omnes ore latentur. Sed forsan quæ inculta barbaries cultissimæ δ) olim Græciæ collatione prævaluit, tunc quoque non amiserit, quæ cum sœnore compensent illam morum ruditatem. Quod si enim animi invictum robur & perpetui armorum triumphi Babylonii quondam, Macedonibus & Romanis tanti nominis, & illius inter populos prærogativæ sola causa extiteret, quo tempore Scytharum fortitudo magis inclarescere cœpit, quàm ubi per totum orbem armatâ manu diffusi omnibus gentibus parendi leges dixerunt? Porro si continentiæ, moderationis, justitiæ, temperantiæ & innocentiae aliqua laus est, tot ac tantarum virtutum insignia exempla omni ætate vel soli Scythæ præbuerunt. Ipsa sapientiæ cultura tantum abest, ut ab illorum ingeniis exulaverit prorsus, ut potius Theodoretus ε) singulari illos mentis solertia & prudentia præditos fuisse, acutissimog, ingenio, ad cognoscendam veritatem, falsitatemq, refellendam maximè factis, polluisse testetur. Atq; hæc quum ita sese habeant, non sanè. Veterum formulâ, liquet, cur gentis nostræ aborigenes magis barbari dicendi fuerint, quàm Græci, quibus adeò, nisi fortean affectatum sermonis artificium, aut delicatior corporis cultus, aut denique perfidiosa illa vafrities, si non vituperari, certè nec laudari digna, nihil præ illis singulare fuit. Quin imò majorem illis laudem vel hoc nomine tribuendam duxerim, quod præter gloriam bellicæ virtutis literarum studia apud eos multis seculis antiquiora, quam apud Græcos fuisse, atq; hos ipsos non pauca veritatis monumenta ab illis accepisse, ex Clemente Alexandrino ζ) constet, nec ipse Plato η) id infiteatur. Sanè non dubito, nisi prædicandæ, quàm scribendæ virtutis studiosior illa gens, communi barbaræ vetustatis θ) more, fuisset, eam hodiè neq; cum Romanis de nominis celebritate certamen declinaturam. Cæterum præter hanc Majorum excellentiam ipsa quoque Civitatis nostræ institutio tot casibus admirabilis fuit, ut negotium hoc ingressi non tam rerum magnificentiam, quam

quàm vires nostras temporisq̃ue sufficiens spatium nunc desideremus. Neque tamen ideo, quum jam telam exorsimus, abstergebimur, subsidium potiùs erroribus nostris à Candore tuo, Lector Benivole, in posterum expectaturi.

CAPUT I. EJUSQUE ARGUMENTUM.

1. Hungari progenies Scytharum 2. Objection. 3. Scythica gentis amplitudo & divisio. 4. Scythæ Europæi. 5. Asiatici. 6. Ratio tanta amplitudinis. 7. Scythæ in diversos populos subdivisi. 8. Specialis appellatio communi Scythicæ opposita. 9. Responsio ad objectionem. 10. Hunni Scythæ.

Scytharum igitur progeniem fuisse Hungaros, in præfatione à nobis dictum est, idemq; præter Priscum Rhetorem, cujus ad Attilam Legationis fragmenta saltem extant, confirmat α) Agathias, atq; α) Hist. lib. V. hos sequutus Regino Prumiensis, cujus hæc sunt β) verba: β) lib. II. Chronicæ Gens Hungarorum retrò ante sæculis inaudita, quia nec nominata, à Scythicis regnis, & à paludibus, in quas Tanais suam effusionem in immensum porrigit, egressa est. 2. At verò, cur Orostus γ) in descriptione fluminis Otiorogorhæ Scythas & Hunnos, quos Hungarorum aborigenes esse, mox dicemus, aperte sibi invicem opponit, & præfatus modò Priscus Attilam & Bledam ad subigendas gentes Scythicas profectos, Eunapius δ) verò Scythas ab Hunnis deletos fuisse, γ) ap. C. Barth. contraria nobis assertionem tradunt? 3. Sed hæc, quod ad lib. LVI. Advers. c. 15. nomen Scythiæ attinet, observandum est, medio tempore non tam certæ regionis, quam gentium, communi usu eam fuisse appellationem, latissimeq; per populos Europæ & Asiæ porrectam. Unde etiam Scythæ apud ε) Strabonem, ζ) Plinium, η) Solinum, θ) Jornandem, aliosq; in Europæos (qui & Celto-Scythæ dicti) & Asiaticos dividuntur. η) c. 47. Polyb. In Historia Miscellanea ι) vocantur maxima gentes Scythicæ, θ) cap. V. de reb. & Regino suprâ non regnum, sed regna Scythica nominat. ι) lib. XII. c. 19.

4. In Europâ certè tantum expleverunt spatii, ut Hippocrates Scythiam pro universa illa mundi parte dicere non dubitaverit, prout eum in voce *Αἰθύν* interpretatur x) Erotianus. In specie quidquid torus ille tractus Borealis ab extrema Scandia ad Tanain usq; flumen, inclusis simul Sclavonibus, Dacis, Sarmatis, & ex parte Germanis, (immo, si Cluverio * credimus, etiam Hispanis, Gal-
lis & Britannis) in se continet, sub appellatione *Sybia* venisse, haud obscuris documentis asseritur. De Scandia quidem, ac inprimis Gothia, aperta sunt testimonia, quæ producit λ) H. Grotius, Vir talium rerum quondam peritissimus. De Sclavonibus ita in Boicis suis μ) Aventinus: Adfuerunt, inquit, Germanorum Orientalium (quos Sarmatas & Scythas, nos Venedos, ipsi se Sclavos vocant) Oratores. Daci autem fuerunt; de quibus Imperator Alexius apud Annam Comnenam ν) suadenti occidere Scythas: ξδν, ait, *Σκύθαι, ἀλλὰ πάντες ἀνδρες ποιοῖ*; Etiam si Scythæ, omnes tamen sunt homines. De Sarmatis & Germanis ita scribit ζ) C. Plinius: Scytharum nomen usquequaq; transit in Sarmatas atq; Germanos. Et apud hos quidem Bastarnas, qui juxta ο) Aimoinum quintam Germaniæ portionem, Daciæ finitimam, occupabant, Dio π) gentem Scythicam expressè vocat. Reliquam partem Scythiæ Europææ, ad Riphæos usque montes extensam, describit in Epitome suâ ς) Justinus. 5. In Asia non minor ejus amplitudo, imò tanta potius, ut ejus intuitu Strabo Europæam parvam Scythiam σ) appeller; nisi, quod verisimile videtur, eam duntaxat partem illius intelligat, quam à Justino descriptam modò diximus. Hæc certè absolute, & καὶ ἐξοχὴν Scythia dicta fuit. Divisa autem est hæc Asiatica Scythia, teste τ) Ptolemæo, in eam, quæ intra, & quæ extra Imaum montem fuit; quarum illa occasum, hæc ortum υ) spectat. Austrum versus vicinoshabuit Armenios, unde Araxen, Armeniæ fluvium, quem Cyrus Tamyri bellum illaturus φ) transit, Araxen Scythicum vocat χ) Claudianus, Lucanus ψ) Barbarum. Ab altero latere Oceano glaciali includitur.

*) Vid. Barth. l. c.
* lib. 1. Germ.
antiqu. c. 2.

λ) in proleg. ad
Hisor. Gothor.
pag. 16. 17.
μ) lib. 1. Boic.

ν) lib. III. Hist.

ξ) l. c.

ο) lib. 1. Franc. c. l.
π) l. Hist. XXXIX.

ς) lib. II. Hist. c. 2.

σ) lib. VII. Geo-
graph.

τ) lib. VI. Geogr.

υ) Vid. Cluver.
lib. V. Introd. c. 2.

φ) Justin. l. 1. c. 8.
χ) Consol. Prob.
ψ) lib. 1. Pharsal.

A Mœotide palude ac Tanai fluvio in longitudinem ad
 ipsa Sinensis Imperii confinia excurrit. Atque hic ille tra-
 ctus est, quem *Marinus Sanutus* ω) vocat *majorem Asiam*, ω) in secret. fidel.
 eandemq; profunda opponit. Tantum orbis spatium ad cruc. lib. III. cap.
 complexum Scythicæ appellationis pertinuit. 6. Cujus XIII.
 rei non hanc solam causam existimaverim, quod omnes
 illi populi à primis Scythis, antiquissima in Orbe α) gen- α) Ammian. lib.
 te, qui juxta Araxem Armeniæ fluvium putantur sedem XXXI. cap. 34.
 habuisse, factis gentium effusionibus orti fuerint. Quum conf. Jo. Loccen.
 enim & (β Parthos. imò, si Ammiano (γ & Tertulliano (δ cre- lib. I. Antiq.
 dimus, ipsos quoque Persas iisdem Scythis natales suos Suet. Gorbæ. c. 7.
 debuisse constet, certè ob rationis paritatem & illi Scythæ β) Justin. l. II. c. 2.
 nominandi fuissent. Quare istud simul quoq; ad obscuri- γ) lib. XXXI.
 tatem harum gentium, quæ ne nominibus quidem primò δ) cap. 2. de Pallæo.
 innotuerint cultioribus populis, referendum puto; qui vid. hic not. Cl.
 idèò vocabulo his notiori complexi fuerint, quidquid Salmas.
 ulterior terra continuit. Quo pacto Alemannos quoque
 dictos fuisse, quotquot ab Italia ad Oceanum usque ha-
 bitarunt, in suis ad Tacitum notis conjicit Boxbornius. 7.
 Quidquid ejus sit, populorum illorum singulos specialia
 ac propria nomina habuisse, nemo forsan inficiabitur.
 Ita in Asiatica Scythia passim nominantur ε) Duci, ζ) Ser. ad Virg.
 Tacnarii, η) Tocherii (nisi forte hi iidem cum antecedenti- VIII. Aem.
 bus ex conjectura Bongarsii) θ) Massagetae, ι) Alani, & id ζ) Plin. lib. VI.
 genus alii. In Europæa κ) Peuceri, Troglodytae, Daci, Tyra- cap. 17.
 getæ, Arpii, Carpiæ, Axiaces, Neur, Boristhenita, aliq; insu- η) Arrien. Perieg.
 per, quorum passim apud C. Plinium, Procopium, Jernan- Dionys.
 dem &c. fit mentio. 8. Jam ut propius ad institutū nostrum θ) Stephan. met.
 accedamus, in lectione Scriptorum subinde observare, πσλ.
 licet, nomini speciali generale Scytharum nomen opponi, ς) Egeff. lib. V.
 quod tamen nihiloscus sub communi illa appellatione cap. 50.
 comprehenditur. Curtius: λ) Bessus veste regia sumpta Ar- λ) lib. VI. c. 6.
 taxerem appellari se jussit, Scytasq; & ceteros Tanais accolæ
 contrahabat. Quis nescit, omnes illius fluminis finitimos
 sub nomine Scytharum comprehensos? Aliud, idque illu-
 strius exemplum suppeditat. Lucanus in Pharsalicis:

Quem

Quem non violasset Alanus,

Non Scythæ, non fixo qui ludit in hospite Maurus.

An enim Alani Scythæ non fuerunt? Apertè obloquitur loco citato Marcellinus: *In immensum extensas Scythiæ solitudines Alani habitant, ex montium appellatione cognominati.* 9. Ergò etiam, ubi Orosius, Priscus, & Eunapius suprà Scythis Hunnos opponunt, parili modo dicendum est, Hunnos eo ipso à communi Scytharum censu minimè excludi. 10. Nec excludendos esse, ex hoc μ) *Agathia* loco abundè apparet: *Hunni quondam circa lacum Mæotim loca incoluere, ut barbarorum cetera nationes, quæ quod intra Imaum montem Asiam infestant, hi omnes & Scythæ & Hunni vocitabantur.* Idem probatur è Theophylacto Simocata: *Vir erat, inquit, v) natione Scythæ, profugit ad antiquam, à qua ortus erat, gentem, Hunni ea sunt.* Sic & Paulus ξ) *VVarnefridus*, quem alii Paulum Diaconum, alii Paulum Monachum vocant; *Ava-* res, quos alibi σ) eosdem cum Hunnis facit, expressè *Scythas* vocat. Ut ita extra omnem dubitationis aleam positum sit, quòd Hunni, Hungarorum auctores, populi fuerint Scythici.

μ) *Hist. lib. V.*

ν) *de legat. Rom. ad Gent. II.*

ξ) *lib. V. de Gest. Longob. c. 2.*

σ) *lib. II. cap. 10.*

CAPUT II.

1. Hungari ab Hunnis. 2. Unni rectius an Hunni scribatur? 3. Cur Thunni, & Chunni. 4. Hunni vox unde? 5. Hunnorum situs. 6. Caspiæ portæ à Caucasus diff. 7. Mæotidis descriptio. 8. Hunni πολύθυμοι, quare? 9. Saberi. 10. An iidem cum Aviris. 11. Agazziri. 12. Cotriguri. 13. Hunoguri ac Hungari. 14. an diff. ab Hunnis. 15. Hunnica lingua à communi Scythica distincta. 16. Alani. 17. Massageta. 18. Avars. 19. Chazari. 20. Scythæ Regii. 21. vocis Nomades homonymia. 22. Nebri. 23. Cimmerii. 24. Magyar. 25. Turci.

1. Hungarorum auctores sub finem superioris capituli Hunnos esse diximus. Et fuerunt sanè, communi id pro-

probante Historicorum calculo. Confer locis jam citatis
Priscum Rhetorem, Ammianum, Jordanem, Procopium, in-
 superque alios. 2. Eam vocem *Hermolaus Barbarus* re-
 citius sine aspiratione scribi α) censet, auctoritatem se-
 quutus β) *Eustathii*. Sed cur ita, *Eustathi*? An, quia sic
 scriptam eam apud quosdam, præsertim Græcos, inve-
 nisti? Hoc enim argumentum tuum est. Verum vel pue-
 ris notum est, quam illi sæpe unculo suo ludant, eumque
 mox dextrorsum signent, mox invertant super nominib9,
 maximè propriis. Ab horum igitur inconstantia nolim sa-
 nè documentum veræ scriptiōis accersere. Quid autem,
 si probavero, illorum majorem esse numerum, apud
 quos cum aspiratione vox illa perscripta inveniatur? Ve-
 rum id mea vice nunc quidem probet γ) *Lindembrogius*. γ) *Not. ad Ammi-*
an. lib. XXXI. c. 23.
 Adhæc *ἰδιωμα* Hungarorum frequentius, quàm aliæ lin-
 guæ, spirare δ) solitum posteriori scripturæ magis favet. δ) *Vid. Alb. Mol-*
 3. Apud ϵ) *Amm. Marcellinum & ζ) Sidonium Apollina-* *nar. lib. I. Gramm.*
rem Chunni audiunt, usitata Scriptoribus *πεοδέρσι*. Apud *Hung. c. 1.*
 η) *Plinium* dicuntur *Thynni*, seu, ut θ) *Barbarus* vult, ϵ) *lib. XXXI. c. 23.*
Thynni; cui varietati articulus fortè Scythicæ lingvæ occa- ζ) *Carm. VII. &*
 sionem dederit. Et sic quoque fortassis scripserit *Am-* η) *lib. VI. Hist. Nat.*
mianus, & *Sidonius*, sed corrupti librariorum oscitantia, θ) *Castig. in b. l.*
 quibus ob similitudinem literarum C. & T, quod for- ι) *Conf. M. Z. Box-*
 mæ hemicycli cum linea transversim superducta antiqui- *horn. Hist. Univ.*
 tus habuit, $\jmath$) facilimus error. Sed verèor, ne ædilitatem κ) *lib. III. Chron.*
 hæc feram sine populi suffragio. 4. Et certum est, me er- *Carion.*
 rare, si *Philippi* κ) *Melanchthonis* derivationi aliquid
 tribuendum, qui ab Hebræo מַחֲנֵה , id est, castra posuit,
 Hunnos descendisse autumat. Tunc enim Hunnos po-
 tiùs è Chunnis factos dicendum esset. Veruntamen non
 una ratio est, quæ impedit, quo minùs Philippo polli-
 cem hîc premamus. Ut unius saltem meminerim, cer-
 tum est, eos Auctores, à quibus primum vox illa per C.
 scripta legitur, planè expertes fuisse Sacrarum Literarum,
 atque hinc ob eam causam à communi literatûra disces-
 sisse, minimè putandos. Digniores essent, quibus suffra-

α) quidam Anna-
liumScriptor apud
Bonfin. dec. I. Ker.
Ung. lib. II.

π) in Genealog.
Stalich.

υ) lib. I. Annal.
Beisv.

ξ) in Dissert. de
Regno Hung. S. 2.
ζ) lib. 3. de orig.
Americ. c. 3.

ο) Hist. lib. V.

garemur, qui λ) ab Hunor, filio Nimrodi, primo Hun-
norum satore, Hunnos dictos fuisse contendunt, nisi Hun-
nor ille supposititius esset, ac tota illa series genealogica
fide laboraret, de qua plura Capite sequenti. Aperti au-
tem hęc erroris argui potest π) *Scalichius*, dum à flumine
Hun, qui est in Croatiâ, Hunnos denominat, quum certo
certius sit, habuisse eos jam id nominis, antequam in e-
am Europæ partem pervenerint. Rectius, populum a-
mni nomen imposuisse, dixisset. Caterum probabilior,
quamquam nec ea certa, *Aventini* est sententia, qui ab
Hunno, horum populorum Rege quodam, Hunnicam
appellationem υ) derivat. Id enim barbaris gentibus so-
lemne quondam fuit, à Principibus suis denominari;
quod exemplo Avarum, Dacorum, Danorum, Sveonum,
Moschorum aliorumque patet, si vera sunt, quæ de ori-
gine horum nominum vulgò feruntur. Sed, ut diximus,
in re tam crepera nemini assentiendi nobis imponemus
necessitatem. 5. Istud majori certitudine gaudet, quod
populi fuerint Hunni in Scythia Asiatica ultra Mœotim
paludem ac fluvium Tanaim ad Oceanum usque glacia-
lem, & ab altero latere ad Caucasiam juga ac confinia Ar-
menię longè latèque diffusi. Imò sunt quidam, qui
Hunnis eosdem cum omnibus Scythis terminos attribu-
unt, quos inter est ξ) *Georg. Hornius*, Professor hodie Lug-
dunensis. Ubi tamen fortassis Asiaticos duntaxat intel-
ligit, qui ipsi aliquando absolute Scythæ dicti sunt. Quam-
quam & de his dubito, annon aliquid ulterioris spatii
occuparint, quod Hunnicæ denominationis fuerit exsors.
Sanè si peculiare populi ab antiquissimis Scythis fue-
runt, de quo capite sequenti differemus, v. absimile videtur,
tot ac tantos populos ab advenis istis sedibus suis fuisse
pulsos. Præterea Agathias ο) Hunnos infra Imaum montē
collocat, quum Scythas tamen ultra quoque eum habi-
tasse, supra probaverimus. Armeniam autem eos con-
tigisse, ut alia nunc transeam, ex *Avieni periegesi Dionysi-*
anæ adparet, qui Massagetæ, gentem Scythicam, ad Ara-
xen fluvium habitasse tradit. Massagetæ verò Hunnos
fuisse

fuisse, è sequentibus pateſcet. Caucaſi accolæ proclamant
 eos Procopius Caſareenſis, his verbis π): *Hæc ſunt, quæ de* ^{lib. IV. Hiſtar.}
Caucaſiſ jugis dicenda erant. Habitatant Hunnis, quibus ^{Goth.}
Sabiri cognomentum, & aliis gentibus Hunnica pariter origi-
 nis. 6. Paulò antè idem Procopius dixerat, duas Auſtrum
 verſus Caucaſum habere fauces, per quas ſe Hunnica
 gentes ultra habitantes in Romanum Perſicumque im-
 perium infundant. Quas fauces fuerunt, qui confun-
 derint cum portis Caſpiis, ad quas ipſas quoque Hun-
 nos habitafſe, Hiſtoria Miſcellanea ε) teſtatur. Sed ho-
 rum ignorantiam jam olim σ) Plinius, & non ita pridem
 τ) Jo. Freinſhemius increpârunt. De reliquis limitibus te-
 ſtari poteſt Marcellinus, qui Hunnorum gentem monumen-
 tis veterum leviter notam ultra paludes Mæoticas glacialem
 Oceanum accolentem omnem modum feritatis exceſſiſſe υ)
 ſcribit. 7. De Mæotide reſtis quoque eſt Juvenius Cælius
 Calanus: Hunni, inquit, qui & Avars, nunc autem Un-
 gari, in ultima Mæotide habitaverunt. Habetur hujus
 paludis plenior deſcriptio in Annalibus Hungariſis, à
 Toprocchio parte φ) deſcriptis, ubi regio Perſiæ provin-
 cie vicina, ponto in gyro vallari, unum tantum vadum habere,
 aditumq; illic & exitum difficilem præbere, herbis, ſylvis, vo-
 lucribus, & beſtiis abundare dicitur. Ab ipſis Scythiſ voca-
 tus eſt hic locus Temerinda, teſte χ) Plinio: quam vocem ξ) l.c.
 interpretaturus fortè Dionyſius Alexandrinus πτρεγα πέρυε
 eam nominat; alii ψ) tamen quaſi finem ſeu terminum φ) Grotius d. pro-
 maris dictam eam malunt. Claudianus ω) paludes Cimme-
 rias eam appellat, ab ipſis ſine dubio Hunnis, quos & α) lib. I. in Ruſin
 Cimmericos adpellatos, è dicendis patebit. Et hæc quidem
 paludes primam Hunnicæ gentis ſedem fuiſſe, α) Jorndan- α) l.c.
 des haut obſcurè confirmat, ubi de Hunnis ita loquitur:
Quorum natio ſava, ut Priſcus Hiſtoricus reſert, in Mæoti-
de palude ulteriorem ripam inſedit, venatione tantum nec al-
io labore experta, niſi quod, poſtquam creviſſet in populos,
fraudibus & rapinis vicinam gentem conturbavit. Cui ad-
ſtipulantur Annales Hungariſi ſuprà laudati, ſed, quæ

ingenii humani petulantia est, ut defectum Historicae relationis de suo supplere satagat, suspectis narrationibus locupletiores. Unde enim istud, quod de Hunore amœnitate & fecunditate loci ad incolendum eum invitato tradunt, excerpserint, equidem, quod ingenuè fatear, non video. 8. Sed ad ipsos Hunnos revertamur, quos constat plurimis nominibus fuisse insignitos, quorum varietatem partim ad exterarum gentium arbitrium, partim ad dialectorum diversitatē, partim ad librariorum corruptelas, partim ad distinctionem ætatum, partim deniq; ad ipsam Hunnorum inter se divisionē, retulerim. Quam enim Hunnici nominis ea fuerit latitudo, quam suprà ostensam dedimus, non absurdum est cogitare, in certas iterum regiones eos fuisse divisos, singulasque sua nomina accepisse. 9. Certè *SABEROS* peculiarem ex Hunnicis

β) lib. XV. cap. 1. 4.

γ) lib. XVI. Hist.

ε. 26.

δ) cap. V. Gothic.

ε) Not. ad Justin.

lib. I. c. 9.

ζ) lib. ad lib. XV.

cap. 4.

η) ad Just. lib. XX.

ε. 5.

θ) lib. III. Hist.

ι) in descript.

Scyth. de Hunnis.

κ) Excerpt. Hist.

f. 70.

λ) Thesaur. Geo-

gr. Soc. Hunni.

μ) in voce Acares.

ν) lib. V. Hist.

ξ) lib. IV. Gothic.

gentem fuisse, portis, quas diximus, Caspiis accolam, ex

β) *Historia Miscellanea* videtur manifestum esse, ubi Hun-

ni, qui dicuntur *Saber*, transcurrentes portas *Cassias Cappadoci-*

am depopulari leguntur. Iisdem propè verbis loquitur

γ) *Nicephorus*. 10. An fortassis iidem sunt cum *AVTRAS*

δ) *Jornandis*, quos *Aulziagris*, pariter Hunnis, opponit?

Imò, an idem quoque vocabulum, sed pro varietate dia-

lectorum leviter immutatum? S equidem literam sæpe

vel præmitti vel adimi solere vocabulis, exemplo *Smerdis*,

ε) *Σαλμυδης*, *Σελκουήων*, *Σελτάνια* aliorumq; docet

ζ) doctissimus vir, *I. Vossius*. Sic & B. in V. converti æ-

vo posteriori usitatissimum fuisse, testatur η) *Matth. Ber-*

neggerius, idque exemplo *Vergami* apud *Justinum* pro

Bergamo positi confirmat. *AWLZIAGRI* autem, quos

θ) *lib. III. Hist.* vocat *Jornandes*, seu, ut è Codice Palatino legit *Jan. Gr-*

ι) *ærus*, *ALZIAGRI*, nihil differre videntur ab *ULTIZM-*

κ) *RIS* θ) *Agathis*, vel *ULZIAGURIS*, λ) *VVolfg. Lazii*. 11. In

eodem *Jornandis* loco describitur quoq; situs *AGAZZI-*

μ) *RIORUM*, quos *Huños Agathiros*, η) *Priscg.* & dempta ad-

ν) *spiratione*, *Acatiros*, vel, ut habetur in Græco Codice λ)

ξ) *Abrahami Ortelii* ἀκατιρος, μ) *Suidas* appellat. 12. Apud ν)

ζ) *lib. IV. Gothic.* *Agathiam* habentur *COTRIGURI*, qui ξ) *Procopio Curri-*

guri, o) *Lazio* verò, ut videtur, *Cattiguri* sunt. Atque hos *) l. c.
adpellationem suam accepisse à Duce suo Cutrigore, i-
dem testis est *Procopius*, ubi & *UTURGURUM* menti-
onem facit, pari pacto à Principe suo Uturgure nomi-
natorum. Quæ denominandi ratio in aliis quoque appel-
lationibus more π) barbarorum locum fortè habuit. 13. π) *Vid. supra* §. 5.
Sunt & *HUNOGURI* Iapud ε) *Priscum* peculiaries Hun- ε) l. c.
norum populi, atque Hunnocidaritis, Saroguris, Urogis,
aliisque opponuntur. *UROGI* illi quin iidem sint cum
Ughris σ) *Aventini*, quos sua lingua *Magoras* dici testatur. σ) *lib. IV. Annal.*
nullum puto esse dubium. *HUNOGURI* autem vox *Boj.*
planè convenit cum recentiori *Hungarorum* nomine, ut
præter necessitatem ac rationem factum existimem, quod
Sabellicus τ) ex Hunnis & Garis, cum quibus Hunni mi- τ) *Ennead. VIII.*
litaverint, alii verò υ) ex Hunnis & Ughris eam vocem lib. 1.
componant. Potius applauderem conjecturæ φ) *Jo. de Imper. Hunnorum.*
Camertis, qui Hungarum Hunnorum Principem, si is un- φ) *Enarrat. ad Sowlini c. 34. Conf.*
quam extitit, populo suo nomen fecisse arbitratur. 14. quoad *Francisci Philelpi Epist.*
Nisi tamen, modicè aucta terminatione, ab ipsis Hunnis 21. c. 34.
vox ea descendit, quos etiam cum Hungaris eosdem pla- 21. c. 34.
nè fuisse, contra χ) *Aeneam Sylvium* & ψ) *Fr. Irenicum*, χ) c. 29. de 11. *As.*
aliosque multi affirmant, inprimis ω) *Ant. Bonfinius*. ω) *lib. I. Exeg. Germ. c. 34.*
Quod verò ut de antiquissimis Hunnis non facile asseve-
raverim, ita pene pro certo affirmaverim, Hunnos o-
mnes, qui factâ in Europam irruptione agros Pannoni-
cos occuparunt, novumque imperium ibi constituerunt,
Hungaros fuisse adpellatos. Fortean, quod maximam
partem ex iis fuerunt, qui speciali nomine *Hunniguri* vo-
cabantur. Hi tamen quum Hunni certè fuerint, & ab
his non nisi ut pars à toto discrepaverint, mirari liceat,
cur nonnulli nostrates *Hungaros* alius, quàm *Hunnica*
originis esse, tam pertinaciter contendant. 15. Nullius
enim momenti est, quod tantopere urget præfatus jam
Irenicus, Hunnos olim Germanicâ lingua usos fuisse, à
qua toto cœlo discrepet *Hungarorum* *ιδιωμα*. Nam unde
probaverit illam *Hunnica* cum *Germanica* lingua conve-

α) *Comment. in Tac. Germ.*

β) *Excerpt. Hist. Goth. p. 109.*

γ) *Getic. c. 24.*

δ) *proleg. ad Hist. Goth.*

ε) *lib. I. Antiq.*

ζ) *lib. IX. Hist. pr.*

η) *de Regno Hun-*

gar. §. 174. seqq.

θ) *lib. IV. Epist. I.*

ι) *lib. V. Hist. c. 50.*

κ) *lib. VII. Halos.*

λ) *lib. XIV. Orig.*

μ) *lib. XXXI.*

ν) *in Vit. Adriani.*

ξ) *lib. VI. Hist.*

ο) *Tom. II. Annal.*

π) *lib. V. Hist.*

nientiam? An ex eo fortè, quòd cum α) *Modoco Villi-*
chio Hunnos à Germanis propagatos fuisse persvasum
habuit. Certe apud β) *Priscum Rhetorem* Hunnica lingua
expressè Gothica opponitur, nec aliud, quamquam id
paulo obscurius, vult γ) *Jornandes*. Gothorum autem
linguam cum prisca Germanica eandem, vel certè non
multum distinctam, quippe hujus matrem, fuisse præter
δ) *Hug. Grotium*, accuratè demonstrat Clarissimus ε) *Jo-*
annes Loccenius. Præterea *Laonicus* ζ) *Chalcocondylas* *Ala-*
nos, quos certum est si non omnes, plurimos tamen il-
lius nominis eosdem cum Hunnis fuisse, peculiari lingua
uos exsertim testatur. Neque aliter rem se habere, vel
sola Hunnica linguæ fragmenta, quæ, licet rarentur, ho-
die extant, satis superque ostendunt, quæ sanè longissimè
abeunt ab antiqui sermonis Germanici idiomate. Ho-
rum nonnulla collecta videas in *Dissertatione Historico-*
Politica Berneggeriana η) quam conscripsit eò tempore
Eruditissimus Juvenis, *Martinus Schödelius*, *Hungarus*,
16. Sed, ut ad alia quoque progrediamur, dictum jam
occasione *Chalcocondyla* est, Alanos cum Hunnis eosdem
fuisse, de quo situs eorum non admittit, ut dubitemus. A
laudato *Chalcocondyla* ad *Caucasum* usque extendi
dicuntur, ob quam causam *Sidonius Apollinaris* eos *Cau-*
casigenas θ) appellat. *Egesippus* ι) *Scythicum Tanaim*,
finitimasque ejus & *Mæotidis* paludes incoluisse, ac
quodam veluti *Carcere* ab *Alexandro Magno* clausas fu-
isse testatur. Idem confirmant κ) *Iosephus* & λ) *Isidorus*.
Apud μ) *Ammianum Marcellinum* in immensum extensas
Scythiæ solitudines Alani habitant, à montium appellatione
cognominati. His ipsis verò locis Hunnos habitasse, è su-
perioribus patescit. Ut taceam, à ν) *Xiphilino* & ξ) *Ni-*
ceph. Gregora Alanos *Massagetæ* dici, quos Hunnos esse
nemo dubitat. *Xiphilini* verba pro more exscripsit ο)
Zonaras, in hoc tamen fortè memoria lapsus, quòd pro
Alanis ponat *Albanos*, populos ab illis utique distinctos.
Nec aliquem facile moveat, quòd *Zosimus* π) junctim no-
minet

minet *Alanos & Hunnos*, quod superfluum fuerit, si sint
idem. Ita enim *g)* & *Marcellinus* *Alanos & Massagetarum* *h)*
conjungit, quum tamen ex eodem *lib. 23.* adpareat, eos-
dem fuisse illos populos. Quod autem apud eundem
Alani ab *Hunnis* primo devicti, mox commisti illis dican-
tur, id de Europæis intelligendum, quos ab Asiaticis di-
stinctos fuisse docet *Henr. Valesius* *Commentario ad h. l.*
Nec alias scriptoribus insolens est, duo nomina ejusdem
gentis ponere, præsertim, si pars ejus alterutro nomine
frequentius indigitetur. 17. Porro *MASSAGETAS* &
Hunnos nihil differre dixi, præter, quod ætas discrimen
inter eos inducat; id quod *ε)* *Procopio* luculenter ad-
paret, dum inquit, *Aigan* è *Massagetarum* gente fuisse, qui
nunc *Hunnorum* nomine sint notiores. Aliam differentiæ
rationem suppeditat paulò inferius, ubi *Hunnos* à *Græcis*
Massagetarum adpellatos fuisse testatur. Ad *Araxen* eos
collocat *τ)* *Avienus*, eosdemque ad *Mæotidem* & *Ta-*
naim habitasse, illud indicio est, quod per *Mæotidem*
Tanaimque jurare consueverint, teste *υ)* *Alexandro* ab
Alexandro. Juxta *Caucasum* quoque eosdem confedis-
se, præter *φ)* *D. Hieronymum* memoriæ prodidit *χ)* *Isidorus*.
18. Ut autem *Massagetae* antiquius, sic *AVARES*, seu
ut *Græci* scribunt, *Abares*, recentius *Hunnorum* οὐνό-
μα est, si credimus *Paulo Varnesfrido*, dum *ψ)* inquit:
Qui primum Hunni, postea de Regis proprii nomine Avars
adpellati sunt. Certè *Avars* *Hunnos* fuisse scriptorum ne-
minem negare arbitror. *Meginfridus* *ω)*: *Avars*, quos a-
liis nominibus *Hunnos* & *Ungros* appellamus. Adde *α)* *Theo-*
phylactum Simocatam, *β)* *Aimoynum*, *γ)* *Beatum Rhena-*
num, *δ)* *Abr. Ortelium*, aliosque. 19. In *ε)* *Annalibus*
Michaëlis Glycæ vocantur & *CHAZARI*, 20. ac à multis
iidem esse putantur cum *Scythiis* Regiis *Herodoti*, quod nec
obscurè verba ejus *ζ)* significant. Ob quam etiam ratio-
nem *Eusthatio* *Hunnigeni* *Scythica* ἀξιοῦσθαι id est, præ-
cipuas *η)* dicuntur. Nec obstat, quod apud eundem *θ)*
Herodotum *Scythæ* Regii & *Nomades* sibi invicem oppo-
nantur, *ι)*

lib. I. Vandal.

*τ) in dict. perieg.
Dionys.*

*υ) lib. V. Gen. Di-
er. c. 10.*

*φ) Epitaph. Fa-
biola.*

χ) lib. IX. Orig. c. 2.

*ψ) lib. I. de gest.
Longob. 27. Vid.
C. I. II. c. 10. l. IV.
c. 12.*

*ω) in Hist. Emme-
rani, quem citat
Barth. lib. XV.
Advers. c. 13.*

*α) in perieg. Dio-
nys.*

*β) lib. II. c. 11.
γ) lib. I. ver. Germ.
δ) Thef. Geogr. Soc.
Hunni.*

ε) parre IV.

ζ) lib. IV. c. 57.

η) In Dionys. 739.

θ) lib. II. c. 56.

- a) lib. I. *Persic*, nantur, *Procopius* verò i) Hunnos ad Nomades referat.
 21. Et generaliter enim & specialiter usurpata vox *Nomades*. Generaliter æquivaluit omni Scythiæ, cujus rei
 n) lib. I. *Geograph*, *Strabo* testis x) est: *Communiter*, inquit, *versus septem-*
trionem gentes uno prius nomine omnes vel Scythæ, vel Nomades, ut ab *Homero* adpellabantur. Si igitur Scythicæ gentes
 fuerunt Hunni, quod superiori capite probatum dedimus, quidnâ & Nomades fuerint? Sed in loco citato
Herodoti pressius accepti *Nomades*, ubi Scythas Regios, Hunnos quoque ab ambitu suo excludunt. 22. Veteres
 a) lib. XI. *Hist. Eccl.* quoque *NEBROS* adpellasse Hunnos, testatur λ) *Nice-*
phorus Callisti; 23. & apud μ) *Procopium CIMERII*
 μ) lib. IV, *Gothic*, iidem sunt cum nostris Hunnis. Sanè ad Mæotidem
 Cimmerios habitasse, vel ex eo patet, quod paludes illas
 v) *suprà* §. 7. *Claudianus* ν) *Cimmerias* nominet. Eosque ad bospho-
 ξ) *Odys.* XI. rum & ipsum mare Scythicum fuisse extensos, ex ξ) *Ho-*
 o) *libr. I. Geogr.* mero & o) *Strabone* patescit. Quæ regiones quia spissis
 tenebris fuerunt obvolutæ, proverbii occasionem eares
 π) *lib. IV. Instit.* π) *Lactantio* dedit. Plura de Cimmeriis lege ap. ρ) *Am-*
Conf. Erasmodag. Cim. Tenebr. mianum. Graviter autem errare, qui Cimmerios hos
 cum Cimbris Teutonicis confundant, illosque ab his
 e) *lib. XXII. c. II.* originem trahere censent, rectè monet σ) *Grotius*. 24.
segg. Præterea vernaculâ suâ Hunni dicti sunt *MAGTAR*, de
 σ) *ind. prolegom.* qua voce plura dicturus sum capite sequenti. 25. Ultima
 adde *Bernegg. ad* restat vox *σνόνυμ* ϑ), hodierno usu inprimis trita.
Just. l. XXXVIII. Nam & *TURCAS* nominatos fuisse eos, expressis
 τ) *de legat. Rom.* verbis testatur τ) *Theophylactus Simocata*: Hunni sunt, ha-
 ad gent. II. bitantes orientem, ubi vicinus est Persis, quos *Turcas* etiam,
 υ) *Castig. in Plin.* nominari pluribus constat. *Turcos* legi vult υ) *Hermolaus*
VI. 7. *Barbarus*, cui adstipulatur φ) *Blondus*, qui Scythas ab A-
 φ) *pr. lib. de gest.* lexandro inclusos *Turcos* vocat. Quod nomen etiam in
Venet. Pannonias egressi aliquamdiu retinuisse videntur, unde
 η) *Tom. III. Annal* χ) *Zonaras* *Turcos* Istrum accolentes scribit, qui & Un-
 gri vocentur. Ab iisdem verò ortam denominatamq;
 fuisse amplissimam gentem Ottomannicam, Christiani
 orbis terrorem, restatur ψ) *Otto Frisingensis*, ω) *Historia*
Miscellanea, aliique rerum Turcicarum compilatores.

CAPUT III.

1. *Propositio de origine Hunnorum.* 2. *Jornandis fragmentum.* 3. *Cui similis Phil. Callimachi traditio.* 4. *Aliorum sententia.* 5. *Hunni an ex Chami profopia.* 6. *Titulus Attilæ suppositivus.* 7. *Relationes Annalium loco barbaricæ populis.* 8. *Num è Japheti familia Hunni.* 9. *Magog Scythæ.* 10. *unde Magyar.* 11. *Hunni an iidem cum Scythis, iterum, quaritur.* 12. *Decisio generalis.* 13. *Propositio de ingenio & moribus Hunnicæ gentis.* 14. *Soli sterilitas.* 15. *Abii.* 16. *terra Hunnicæ solitudo.* 17. *Hamaxobii Hunni.* 18. *Equis additissimi.* 19. *an urbes habuerint.* 20. *Eorum vestitus.* 21. *Contentia.* 22. *Cultus ingeniorum.* 23. *Scriptura an expertes.* 24. *Typographia an primum ab Europæis inventa.* 25. *Ratio Regiminis Hunnici.* 26. *gens bellicosissima.* 27. *Transitio.*

1.  Uum igitur, superatis tandem molestæ inquisitionis difficultatibus, Hunnos invenerimus, consideremus nunc, unde & qualis sit ille populus. Ubi vero prima quæstio, de ortu scilicet ac primis natalibus Hunnicæ gentis, quovis problemate Archimedeo perplexiorem se nobis sistit. Quis enim in tanto Auctorum dissensu, ac lucis historicæ privatione, indagandæ veritatis vel minimam spem sibi faceret? 2. *Jornandis* equidem sententia dubium haut est, quin fictitia sit, atque ex gentili odio adversus hunc populū nata. Et quū huic tamen α) *Paulus Diaconus*, β) *Sigebertus Gemblacensis*, γ) α) *lib. XII. c. 13.* *Otto Frisingensis*, alii que adstipulentur, adparet, nullam β) *Chronograph. Regn. Hung.* tam absurdam esse opinionem, quæ suos non inveniat suffragatores. Commentatur δ) autem ille, Filimerum, γ) *lib. IV. c. 16.* Regem Gothorum, facta in Scythias expeditione è populo suo Magas quasdam mulieres, Aliorumnas (vel, ut ε) δ) *de reb. Getic. c. 24.* alii scribunt, Alrunas) patrio sermone dictas, quod proditionis suspectas eas haberet, proturbasse. Harum postea amplexibus in solitudine, quo se receperant, quum C immun-

immundi spiritus se immiscuissent, genus hoc hominum
 ferocissimum prodiiſſe. En egregium fabularum artifi-
 cem, ac alterum prope Sisyphum ! ad cujus ſententiæ re-
 futationem vel recitaſſe eam ſufficiat. 3. Huic verò non
 multum abſimile, imò, mutatis duntaxat nominibus, i-
 dem figmentum eſt, quod de auctoribus huius populi re-
 cenſet 2) *Phil. Callimachus*, fuiſſe illos Faunos ac Satyros,
 & compreſſis ſceminis forma & ingenio auguſtis, quas lu-
 ſtrato exercitu Idantirſus, Rex Gothorum, excluſiſſet,
 Hunnos generaſſe. Utrique merito ſuo tantum tribui-
 mus, quantum Cadmi Phœnicis ſationi antiquitas. 4.
 Caterum reliquarum ſententiarum duo ſunt Capita,
 quorum altero Hunnos ejusdem cum reliquis Scythiſ,
 altero diverſæ fuiſſe originis aſſeritur. 5. Poſteriores
 Hunnorum ortum ad Chami filios referunt, atque eos in
 hoc à reliquis Scythiſ diſtingvunt, quod hi è Japheti ſint
 familia. Quod aſſertum quò minus facilè aſſenſum im-
 petret, tria cumprimis efficiunt. Primum eſt Auctorum
 ætas, alterum teſtimonii incertitudo, & tertium denique
 ſcribendi temeritas. Equidem certum eſt, quotquot
 ſententiæ huius patroni ſe profiteantur, hoc noſtrum ſe-
 culum vix excedere, eamque ſtatuendi audaciam pri-
 mum, quantum ſciam, ſumpſiſſe ſibi 7) *Thuroczium*,
 quem ſequenti poſtea ſunt 8) *Nicol. Olaus* & 9) *Ant. Bon-*
finius. 6. Ejus autem palmarium ac unicum argumen-
 tum quum Titulus ille ſit, quem ſibi Attilam feciſſe pro
 certo habet, quærere ex eo liceat, primò, unde ipſi con-
 ſtet, titulo illo ſuperbiſſe Attilam, & deinde, poſito,
 quod ſuperbierit, annon Attila vel imprudens vel deſti-
 nato & jaſtanti animo errare potuerit, dum ſe ex proge-
 nie Nimrodi profeſſus eſt. Hæc autem verba tituli fu-
 iſſe feruntur: ATILA FILIUS BENDEKUTZ: NEPOS MAGNI
 NEMBROTH: NUTRITUS IN ENGADI: DEI GRATIA HUN-
 NORUM MEDORUM GOTHORUM DANORUM REX: METUS
 ORBIS ET FLAGELLUM DEI. Quæ verba ut à gentili ac barba-
 ro homine dicta vix præſumi poſſunt, ita quædam conti-
 nent,

2) *Hiſtor. Attila.*

7) *part. I. cap. 2.*

8) *in Vir. Attila,*

c. 3.

9) *Dec. I. lib. IX.*

nent, quæ cum fide Historica & *Ætymologica* pugnant. Cur
 enim Danorum, cur Medorum Regem se vocaverit? *Conf. d. differt.*
 Quomodo in Engadi, loco nullibi, nisi in Palæstina, sito *G. Herui §. 12.*
 sit *z*) enutritus? Et mirum sanè, si Attilæ hæc solemniter
 subscribendi formula fuerit, quod ajunt, tanto eam si-
 lentio veluti insigne Attilani fastus argumentum vetusti-
 oris ævi scriptores, apud quos rerum ab Attila gestarum
 mentio, involvisse. Porro licet vel maximè veritatem
 hujus inscriptionis sufficienti auctoritate probari contin-
 gat, neque sic tamen Hunnos posteros Chami fuisse in-
 caute assentirem. Nonne enim Attila, audita forte hu-
 jus Regis militari audacia, vel ex insito fastu, vel ob studi-
 ingeniiq; similitudinem ac fortassis æmulationem fallaci
 arrogantia familiæ ejus ingerere se potuerit? Namquo-
 modo is aliter seriem genealogicam per tot sæculorum
 intervalla, deficiente Annalium fide, ad ætatem usque
 fortis hujus venatoris deductam recitare potuerit, fate-
 or, me non videre. At quidni Attilæ innotuerit ea,
 quum nostro tamen tempore *λ*) homines non desint,
 qui quidem illam in numero habeant? Hoc verò est
 insigne illud temeritatis suæ argumentum, qua suspectum
 mihi faciunt, quidquid circa hoc negotium sui est adserti.
 Si interrogaveris eos, ex quibus monumentis, quod tam
 confidenter blaterant, excerpserint, quisve veridicus
 vates fanatico furore correptis istud inspiraverit, quid re-
 sponsuros putas? *7.* Certè eadem res jam de Attila tempo-
 ribus *Bonfinio* scrupulum fecerat, sed quem amisit iterum,
 ubi ipsi antiqui moris in mentem venit, quo traditiones
 hæreditariæ scripturæ ignavis Annalium instar erant.
 Quem morem tantum abest apud Hunnos etiam fuisse
 inficias eam, ut potius cantilenas suas, quib; eos mirifice
 indulgisse, præter *u*) *Priscum Rhetorem* docet *v*) *Jornandes*, *μ*) *Except. Hist.*
 hoc argumento fuisse conceptas, subinde existimaverim. *Gotic. p. 107.*
 Veruntamen per tam immensam temporis intercapedi-
 nem istis traditionibus rerum gestarum veritatem incor-
 ruptè sustineri potuisse, ultra fidem est, & exemplis, *ν*) *Rer. Gotic. c. 49.*

quantum sciam, prorsus destituitur. Notum est, & apud majores nostros, vetustiores Germanos, eandem narrationum successivarum consuetudinem invaluisse, cujus tamen beneficio nihil, aut certe parum esset, quod de illis ad memoriam nostram pertigerit, nisi apud alios literarum peritiores populos rerum suarum habuerint observatores. Atque hæc quidem hæc tenus non eo animo contendimus, ac si non posset non falsa esse hæc sententia. Non enim, quæ ignota, neganda statim sunt. Sed potius, ut profundo ignorantia submersam delitescere, nec fide dignis argumentis adstrui eam ostenderemus. 8. Quod si tamen dubia inter diversas opiniones veritate alterutri magis favere licet, illis equidem libentius accederem, qui ad Japheti familiam Hunnos referunt, quod alias communi Scriptorum calculo omnes Scythæ pertinent. Sive eos à Chetim ζ) filio Javan, cum ο) Bodinos, sive cum π) B. Hieronymo à Magog (quem nescio cur filium Japheti neget, affirmantesque impudentis mendacii arguat ς) Casparus Ens), deducas. 9. Posterius sanè plerique statuunt, totamque gentem Scythicam Magog ideo apud σ) Ezechielem, alibiq; vocatam, contendunt. Hujus sententia in primis est τ) Josephus, quem multi postea è Patribus, alique sequuti sunt. Dorothei vetus Interpres, cujus excerpta de vitis Prophetarum & Apostolorum circumferuntur, in Abdia ita scribit: *Dictum hoc superficie tenus contra Scythas, hoc est, contra Gog & Magog.* Sic & υ) Eucherius: *Magog Scythæ, quondam Goger, Magog Gothos putant.* Adde Hieronymum & Theodoretum in Ezechielem, Snidam in voce Magog φ) Paul. Merulam, & è nostri temporis scriptoribus Doctis. Bochartum χ). Nota quoque est traditio de Alexandro, reclusisse eum Gog & Magog, quod de Scythis proditum fuisse, supra diximus. Vide quoque è Methodio, quem supposititium putat, Josepho, Gorionis filio, & Petro Comestore Raderum in Prolusionibus ψ) Curtio suo præmissis. Quemadmodum igitur Scythas, sic & Hunnos à Magog illi derivant.

Quam

3) Genes. c. X.

ο) Cap. 9. Merh. Histor.

π) Quæst. in Genes. X.

ς) cap. I. Hist. rer. Hung.

σ) capp. XXXVIII. XXXIX.

τ) lib. I. Antiq. Jud. c. 7.

υ) lib. IX. Instit.

φ) part. I. Cosmog. l. III. c. 14.

χ) in phaleg. lib. III. cap. XIII.

ψ) cap. 8.

10. Quam suam opinionem nomine *Magyar*, quæ Hunno-
 rum adpellatio propria fuit ac domestica, validè fulciri
 existimant, quod quasi Magog dictum esse, scribit *ω)* *part. II. Geogr.*
70. Ant. Maginus. Cui quoque facilius crediderim, *in descript. Trans-*
 quàm illis, qui à *Maogare*, Principe Hunnorum tempore *ylv. n. 26.*
Justiniani Imp. cujus *Cedrenus* meminit, eam vocem de-
 scendisse dicunt, quum illius ætate antiquior longè haut
 obscuris vestigiis adpareat. Idem porro confirmari vi-
 detur auctoritate laudati *Hieronymi*, qui Magog eam par-
 tem Asiæ inhabitasse scribit. quæ sit trans Mæotim palu-
 dem. Ibidem verò Hunnorum sedem fuisse, prolixè in
 superioribus fuit ostensum. 11. Et de veritate hujus opini-
 onis tantò minùs dubitant, qui Hunnos cum Scythis
 planè eosdem, nec quoquam ab iis, nisi ætate, distinctos
 faciunt. Ex quibus supra laudavimus *Georg. Hornium*,
 Professore Lugdunensem, Geographorum nostrò tem-
 pore facile Principem, qui quoscunq; olim *Scythas* dixere,
 postea *Hunnos*, ac ultimo demum *Turcos* appellatos, fuisse
 ait. Cui quò minus assentiam, duo adhuc obstaculo
 sunt; nima, quam dixi, Scythici nominis amplitudo, &
 Hunnicæ lingvæ diversum à communi Scythico idioma.
 Neq; tamen tanto viro obstinatè obloquendi audaciam
 mihi sumo, quin potius argumenta ejus desidero, quibus
 inductus tanta confidentia hoc asseruit. Mihi, quod inge-
 nue fatear, non licuit esse tam perspicaci, ut in lectione
 Auctorum talium observaverim ea hæcenus. 12. Imò, ut
 in tota hac dissertatione divinationi magis, quàm inquisi-
 tioni locus est, ita nemini certam sententiam Dictatoriæ
 severitate volo obtrusam, tantumq; singulis per me quili-
 bet tribuat, quantum volet. Ne tamen planè incertus a-
 nimi hinc abeas, & quod verum est, dicam, & quod aper-
 tè falsum. Certum quidem est, inter Noæ posteros fu-
 isse Hunnos, quandoquidem ab eo omnium populorum
 origo *α)* petenda. Sed istud ab omni veritate remo-
 tissimum, quod tradere non erubuit *Jodocus β)* *Villichius*,
 Hunnos scilicet à Germanis descendisse. 13. Caterum dum
 intra

α) Vid. Bodin. cap. IX. Meth. Hist. β) Comment. in Tac. Germ.

intra patriam adhuc suam populum hunc perlustramus, visu nobis prætereundum non est, quod alias pro scopis peregrinantibus esse solet, ut naturam scilicet & ingenium loci, mores incolarum, rationem regiminis, aliaque ejus generis observemus. Quod quidem quasi per satyram fieri oportebit, Huñis ad iter jam accinctis. 14. Igitur inclementiam cæli terræque sterilitatem cum Scythiis ferè communem habent; non ubique tamen eandem, sed, prout polo viciniore sunt, asperiores mitioresve. Agri tamen ferè ubivis inculti jacent ac infrugiferi, studiis incolarum ab agricultura prorsus alienis. 15. Unde & *Abios* eos adpellarunt, quasi dicas, inopes, & sine victu ac facultatibus tenuem vitam transigentes; Quamquam γ) *Casaubonus* non Epitheton, sed nomen gentis proprium fuisse contendit. 16. Vastæ illæ solitudines apud δ) *Aristophanem* proverbio locum fecerunt, ut *Συρῶν ἐκκῆς* pro summa calamitate dicatur. Incolis nec urbs est, nec ulla certa sedes, sed equis vel plaustris adfixi, solum, quandocunq; collibitum est, vertunt. 17. Hinc *Avares Hamaxobii* dicuntur apud *Evagrium*, id est, in plaustris viuentes; quem morem prolixius confirmat ε) *Marcellinus*; eundemque apud *Tartaros Præcopeneses* hodiernum observari testatur ζ) *Petrus Petrejus*. Atque ea fortè forminarum, infantum, ac victu fuerint receptacula. 18. Nam viris raro ab equis descensum, cuicunque negotio operam darent. Aperte iterum *Marcellinus*: Ad pedestres parum adcommodati sunt pugnas, verum equis propè adfixi, duris quidem, sed deformibus, & muliebriter nonnunquam, iisdem insidentes funguntur muneribus consuetis. In ipsis quivis in hac natione pernox & perdiu emit & vendit, cibumq; sumit & potum, & inclinatus cervici angustæ jumentis in altum soporem adusq; varietatem effunditur somniorum. De iisdem η) *Sidonius Apollinaris*:

Vix matre carens ut constitit infans,
Mox præbet dorsum sonipes, cognata reare

Mem-

γ) ad *Strab. lib. VII. pag. 112.*

δ) in *Acharnens. Act. II. sc. 6. Conf. Schott. in proverb. Vars. bibl. append. III. 79.*

ε) *lib. XXXI.*

ζ) *part. 1. Chron. Moscoy. p. 119.*

η) in *Anthem.*

*Membra viri sita semper equo, cui fixus, adhaeret
Rektor: Cornipedum tergo gens altera fertur;
Hæc habet at &c.*

19. *Arrianus* quidem apud θ) *Eustathium* Hunnos olim ur- θ) *ad Dionys. Pe-*
bes habitasse, domos incoluisse, terram arasse scribit, *rieg. G. 675.*
sed victos aliquando mores mutasse, omnibusque se di-
tis devovisse, ubi vel ædes exædificassent, vel aratro ter-
ram proscidissent. Verum quo tempore hoc factum sit,
non deprehendo. 20. Præterea vestium apud eos nullus
nec luxus, nec artificium. Operimentis indutos linteis,
vel ex pellibus sylvestrium murium consarcinatis, scribit
idem ι) *Ammianus*; communi quidem Scythicæ seu Go- ι) *Vid. ad l. c. not.*
thicæ gentis onatu. Conf. *Th. Dempsteri* paralippome- *Lindenbrog.*
na ad κ) *Rosini* Antiquitates Romanas. Quales autem κ) *lib. V. c. 35.*
pelles murinæ fuerint, è *Salmasio* disputantem vid. λ) λ) *not. ad Just. l.*
J. Vossium. Nobis jam non licet esse prolixioribus. *II. c. 2.*
21. Porro auri & argenti nec usus nec cupido tanta iis fuit,
quanta reliquis mortalibus. Victum & alimenta, qui-
bus solis divitias suas æstimarunt, venatione quæsi-
verunt ac latrociniiis. 22. Literarum rudissimos eos μ) *lib. IV. Hist.*
tradit *Procopius*, dum ita de illis μ) scribit: *Literas nec fan-*
do Hunni novere, adeo nullam de iis artem aut didicere ipsi,
aut liberi; Sed barbarum in morem jussos enunciare, quæ
mandata acceperant. Verumtamen sive artem tantum-
modo scribendi, sive simul quoque culturam ingeniorum
pro literis intelligat *Procopius*, utrobique dubium est,
annon fortè erraverit. Apud *Herodotum* certè præcla-
ra sapientiæ monumenta deprehenduntur, quæ *Scythæ*
Regii, seu, ex superiori conjectura, *Hunni* prodiderunt.
Ut ita, si sequenti ævo nulla ibi visa sint politæ mentis ve-
stigia, exoleverit potius cultus animorum, quàm ut nul-
lus unquam inter eos fuerit. Quamquam ne prius qui-
dem admittere licebit, in contrarium nitente *Theodoretii*
testimonio, qui de Hunnis sui temporis memoriæ prodi-
dit, cujus in præfatione fecimus mentionem. 23. Scriben-
di verò arte superarunt Europeos nostros, nedum ute-
am

in Antiqu. Thra.
c. 10.

am ignoraverint planè, si veritati adpositum est, quod hunc in modum scribit * *Stephanus Samoscius*: Super est apud hos in Transsylvania (ibi vero prima certa sedes Hunnorum) genus quoddam vernaculum scribendi, quod à majoribus eorum Scythis, jam inde per multa secula posteritati traditum ac ab Oriente in Europam illarum retineatur. Sicut autem linguarum dissimilitudine Asiatici ab Europæis herciscuntur, ita & literarum, scribendiq. forma per omnia dissident. Nam &c. 24. In sequentibus ostendit ipsum *Typographia* usum apud hos populos antiquiorem fuisse, quàm in Germania, atque in Bibliotheca Magni Ducis Florentiæ pervetustum, ac ante multa secula Scythicis Characteribus impressum Codicem asservari testatur. Quod si ita est, de quo tamen delicatioris judicii lector multum dubitet, de primatu inventæ hujus artis Europei nostri haecenus v) in cassum disputassent. 25. Sed utcunque ea se res habeat, certius est, sub imperio vixisse illam gentem, licet paulò simpliciori, & ut plurimum Regio, seu potius sub Principatu. Unde etiam Principibus suis divinos honores eam exhibuisse, in sæpe laudatis legationum fragmentis testis est *Priscus Rhetor*. 26. Belli studia postremis inprimis temporibus majora apud eos fuerunt, quàm pacis, quippe ferocissimi animi validissimique corporis homines. Ideoque bellicosissima Scytharum gens audiunt &) *Q. Curtio*, & o) apud *Laonicum Chalcocondylam* vocantur viri fortissimi & bellicarum rerum peritissimi. Ob quam fortitudinem & *Stilico* Hunnos assiduos sibi fecit satellites, teste π) *Zosimo*; cui ministerio ob eandem causam multi nostratium Principum Helvetios adhibent. 27. Plura hujus argumenti de Hunnis qui desiderat, aliquantulum temporis lectioni *Amiani* ac *Procopii* impendere haut gravabitur. Nos diu multumque hæcenus non sine tædio vastas Asiæ solitudines pervagati, in patriam cum Hunnis properamus, ibidem eos contemplaturi,

3) Vid. Petr.
Scrib. Bern. Mal-
linerol. & alios
de orig. Typograph

4) lib. VII. c. 8.

5) Histor. lib. IX.

π) Histor. lib. V.

CAPUT IV.

1. *Occasio instituta peregrinationis.* 2. *Mœotis inper-
via qui transiri potuerit.* 3. *Causa peregrinationis fecun-
ditas alieni soli.* 4. *ipsum iter.* 5. *peregrinantium numerus.*
6. *Dux, Attila, de cujus indole ac moribus ad clausulam
usq. prioris hujus dissertationis.*

1. Et ne forte diverticula à phalange transeuntium
nos abripiant, comitem nobis adsociabimus. At quem-
nam potius, quàm *Jornandem*, ex informatione Prisci, iti-
neris Hunnici inprimis peritum? Ex hoc itaque obser-
vanda primo omnium occasio hujus peregrinationis,
quam nescio quod fatum præbuit. Siquidem cerva ve-
nantibus quibusdam per paludem Mœotidem in acces-
sam antehac, in Europam præivit, ac monstrato regio-
nis Mœvicæ fertili solo & amœnitate iterum disparuit.
Quod hæc de Cerva prodit *Jornandes*, huncque sequi-
tur *a) Sigebertus Gemblacensis* & *β) Ant. Bonfinius*, *Bovi at-*
tribuit γ) Nicephorus Callisti, & *δ) Sozomenus*; quos fortè *β) Dec. lib. II.*
memorialapfos crediderim. 2. Qui autem fieri potue-
rit, ut, quibus antea aquarum colluvies viam negaverat,
nunc tamen transire potuerint, id docet *ε) Zosimus* his
verbis: *Nam & hoc memoria proditum reperi, videlicet è*
limo, quem Tanais devehit, Cimmericum Bosphorum terra
constratam facultatem eis præbuisse, itinere terrestri ex Asia
in Europam transeundi. Quod quidem nec rationem o-
mnem excedit; nec adeò inauditum est. Quid? quod
ipsa *Agyptus* istis limi congestionibus habitabilis facta
ζ) Antiquis credita fuerit, donum Nili inde dicta. Cur
igitur ingenio suo, quam auctoritati, plus fidei habens,
congelatam vult Mœotim *η) Bonfinius*? 3. Sed qualiter-
cunque transiverint venatores isti, novæ regionis fecun-
dos agros popularibus suis largiter commendant, illisq;

a) in Chronie.

β) Dec. lib. II.

γ) lib. XI. cap. 28.

δ) lib. VI. cap. 36.

ε) lib. IV. Histor.

*ζ) Arist. lib. I. Me-
teor. cap. 14. & Ser-
neca VI. Natura
Quæst. 26.*

η) l. 6.

adeo

*) Paul. V. Arnefr.
lib. II. Longob. c. I.
f. 99.

adeo desiderium excitant eò commigrandi. Fuit igitur causa impulsiva Hunnicæ peregrinationis, præter perpetua bella cum vicinis, & abundantiam hominum, alienæ terræ fertilis jucunditas, quæ & aliàs gentes Scythicas plerumque ad vertendum solum patrium invitasse legitur, maximè 8) Longobardos, tempore Justiniani 4. Itaq; Huni, spe melioris fortunæ inflati, catervatim concurrentes, de instituenda commigratione deliberant, exercitum more suo formant, ducesque sibi ac Centuriones constituunt, quorum ductu & auspiciis trans Mæotim factio in Europam impetu, primo Thraciam ac utramque Mæssiam, Macedoniam & totum propè Illyricum pervasunt, ac in Pannoniis tandem, pulsus inde Gothis, pedes suos figunt. Id quod factum circa Annum Christi quadringentesimum, quo tempore totus fere septentrio commoveri & agmina sua in omnes partes Orbis effundere cœpit. 5. Conflatus hic exercitus fuisse dicitur è decies centenis & octoginta millibus hominum armatorum. 6. Præcipuus illorum Dux ac Imperator fuit *Attila*, Hunnis *Ethele* dictus, quem his coloribus depingit *Juvencus Calanus*: *Erat autem Attila Rex superbus incessu, huc & illuc circumferens oculos, ita in omnibus suis irrogans, ut ejus jactantia superbia ex corporis gestibus quibuscunq; etiam incognitis, facile cognosceretur. Corpore fuit brevis, statura tamen prope justa, lato pectore, capite grandi, oculis minutis, longisq; & acutis auribus, hirsutis & hispidis crinibus, rara barba, sed, more suo, demissa, canis quidem adpersus, simus naso, colore subrusus, moribus ferus, audacia pronus; Et verè originis sue barbaræ signa vel lineamenta demonstrans, ore parvo, latis tamen labris, ut ferè ab omnibus canina dicerentur, uno dentium, qui foràs eminebat, plus justo faciem dehonestante quantillum. Planè hæc descriptio convenit cum icone, qui è numo Jac. Luckii æri incisus habetur in suprâ citata Disputatione Berneggeriana, à quo paulum dissentit alter, Excellentissimi Dn. Bosii, Patroni nostri jugiter colendi, isque in ipsa barbarie cusus, quod*

ex:

ex inscriptione patet, quæ talis: **ATTIA. REX. FLAGELLUM. DEUS.** Corona ibi redimitus videtur ab uno; & ab altero latere nudus ac leoni insidens sinistra manu protensa una cum digito indice; dextra flagellum & ensen tenens. De eodem hoc *Jornandis* extat judicium; minimè hæc prætereundum: *Vir in concussione gentis natus in mundo, terrarum omnium metus, qui nescio, qua sorte terrebat cuncta, formidabili de se opinione vulgata.* — Bellorum amator; ipse manu temperans, consilio validissimus, supplicantibus exorabilis, propitius in fide semel receptis. Vide ibid. seqq. Ab hoc igitur prima posita Regni Hungarici fundamenta circa cujus institutionem & progressum, si quid acutioris consilii, insignioris mutationis ac celebrioris eventus contigerit, in posteriori Dissertatione, quæ erit de Regno Hungarico, stylo *ἡδυσιγέτω*, cum Deo, pertractabimus. Hoc interim Catone, Amice Lector, contentus esto.

SOLI DEO GLORIA.

Eximio atq; Doctissimo

DN. JOH. AMBROSIO Hungaro,
Juris utriusque ac Historiarum
Cultori indefesso

Patrias origines scribenti

S. P. D.

Diceris Ambrosius meritò: nam Tme-
mata docta,
Quæ Patriæ mittis, nectar & ambrosia.

Benivolentiæ testandæ deprop.

JOH. ERNESTUS GERHARDUS,
D. & PP.

Omne:

26.
O Mne feres punctum, qui miscuis utile
dulci,
Utile discursus, Patria dulce librat.

Quo ipso Præstantissimo Dno. Re-
spondenti, Amico suodilectissimo, sui-
que Parentis Sympatriotæ suavissimo,
de præclaris istis ausibus gratulari, si-
mulq; perpetuum adfectus sui monu-
mentum sistere voluit, debuit

PRÆSES.

A Rdua nunc volvis, vigili qui mente re-
volvis,
AMBROSI, Patriæ Gentis cunabula prima.
Pro quibus, ô curis quid jam *TIBI* Terra re-
ponet
Patria? *TE* reducem lætas mox sumet in ulnas.
Fiat! *Meq; TUUS* animi conclude medullis;
Sic *TIBI* spontè *meas* largô cum fœnore pando.



*In cultis hisce lineolis cultum suum
debitum testari voluit*

ABRAHAM FASELIUS, Jeverâ
Erfius Philof. Stud.